



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 39. Consilium Regis de Pragmaticæ Sanctionis abrogatione

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

caput, ut Joannes Regem ad Pragmati- Sæcul. XV.  
cam Sanctionem e regno suo eliminan- A.C. 1461.  
dam induceret. Erat Episcopus ille Vir  
rebus gerendis maxime idoneus ac in-  
super promissæ sibi a Papa Cardinalitiae  
dignitatis præmio stimulabatur, unde *Gohelin.*  
quanta sollicitudine demandata sibi pro- *Comment.*  
vinciam ad optatum exitum deducere *Pii II. I. 7.*  
allaboraverit, facile colligi poterit. Quin- *An. Sylv.*  
imo Legatus haud ægre, quæ petiit, a *epist. 387.*  
Rege impetravit, eoquod ipse Rex jam  
pridem non modo secum constituisset,  
sed etiam voti religione sese obstrinxisset,  
ut quam primum patris solium consen-  
surus esset, mox Sanctionem Pragmati-  
cam abrogare vellet, unice, ut quidam  
Scriptores referunt, suo Patri, qui eam  
acceptavit, adversandi studio. (\*) Igi-  
tur Ludovicus, vix comperta Pontificis  
voluntate, Atrebatenſis Episcopi votis  
penitus concessit.

### §. XXXIX.

#### *Consilium Regis de Pragmatica Sanctionis Abrogatione.*

Priusquam tamen hac de re certior fie-  
ret Pontifex, duo sibi ab Episcopo  
promitti Rex postulabat. Primum erat,  
ut

(\*) Spondanus ad hunc annum num. XII.  
subjugat: *At satius est, æquius de illo sentire.*

**Sæcul. XV.** ut Pius II. a Ferdinando desiceret, & Re-

A.C. 1461.

natum Andegavensem tueretur. Alterum erat, ut Nuntius, natione Gallus, intra Regni fines resideret, ac penes eundem Beneficiorum nominatio esset, ne impostorum pecuniæ extra Regnum distraherentur. Episcopus ad utrumque facilem Pontificis animum pollicebatur; quare Ludovicus Rex missis Legati confisus, datis ad Papam literis significat, quod Sanctionem Pragmaticam, quamvis in Regno suo observata, recepta, & prævio doctiorum Episcoporum examine stabilita esset, abolere constituisset. Hæc vero potissimum rationum momenta allegabat, *eo quod in seditione, & schismatis tempore, atque per seditionem adversus Sedem Apostolicam omnium Ecclesiarum Matrem ab inferioribus Pontifice Prælatis lata esset, qui, ut inquiebat Rex, sibi in Regno suo quoddam licentiae templum per hanc Pragmaticam construxerunt: Hanc igitur legem, licet plerique docti homines eam confutare niterentur atque diluere, per præsentes a Regno nostro pellimus, stirpitusque abrogamus, & quam, qualemve ante pragmaticæ ipsius editionem rerum spiritualium dispositionem Romani Pontifices exercebant, talem tibi redditimus cum summo imperio, cum judicio libero, cum potestate non coarctata.* Quod si forte aliqui reclamabunt Episcopi, promittimus verbo regio, exequi facere tua mandata.

Placuit

*Pithou de  
Pragmatic.  
Sanct. &  
Concord.  
Monsirelet.  
3. Vol. f. 99.*

Placuit Atrebatensi Episcopo docile, ne <sup>Sæcul. XV.</sup>  
dicam, imbecille Regis ingenium; quo- <sup>A.C. 1461.</sup>  
circa is Cardinalitium galerum spe sua  
jam devorans, lubenti animo hasce lite-  
ras ad Papam detulit. (\*)

## §. XL.

*Joannes Jofridius Atrebatensis  
Episcopus.*

Ambitiosus ille Episcopus natione Bur-  
gundus erat, Luxovii seu Luxolii hu-  
mili genere natus; sunt tamen, qui eun-  
dem nobilissimis parentibus ortum testan- *Daniel. Hist.*  
tur. Sancti Benedicti institutum in Ab- *Franc. vit.*  
batia Sancti Dionysii in Galliis professus, *Ludovic. XI*  
amplissimis ordinis sui dignitatibus orna-  
batur, ac primo Prioratum Beatæ Ma-  
riæ de castro ad Salinas, dein Insulam  
Abbatialem S. Petri Luxoliensis, ac de-  
mum Sancti Dionysii in Francia Præpo-  
situram obtinuit. Philippus cognomento  
*Bonus*, Dux Burgundiæ eudem Orato-  
rem

(\*) *Futilia hæc sunt, nec animum a partium  
studio alienum, qualis tamen vel maxime in hi-  
storico desideratur, ostendunt. Rex Ludovicus  
peccimus Regum audit, quia Legem Deo & Ec-  
clesiae adversam abrogat, Legatus ambitionis  
postulatur, quod promisso præmio, quæ munera  
sui erant, executus est. Vah? Historici  
integritatem.*